ARCHIVIO STORICO COMUNALE
GUALDO TADINO

5

ARCHIVIO PREUNITARIO

Pergamene del Secolo XVI°

Jo. Car. Portuen. De Saluiatis Terre Gualdi Gubernator Perpetuus.

1. Intelleximus presentem nrm In dicta Terra Locumten. mensibus elapsis ordinasse et adhuc In viridi obseruantia permanere, quod singulis diebus Lune, officiales damnorum datorum dicte Terre Corã eo quadam hora per sonum campane Cois demonstranda Comparere deberent, ad Justificandum gesta per eos, In quibus forsan aliqui sentirent se contra Juris et Statutorum ordinem grauatos. Et qm Id totum Justitie consonum et In offesorum leuamen cedere Judicauimus, Idcirco Proprio motu nro Decretum et ordinem huiusmodi approbamus, confirmamus et presentium Tenore validamus Et Insuper ad Tollen. omnem ambiguitatem et suspitionem que oriri posset in premissis (quandoquidem equum non sit quod Vice Camerar. seu alius officium damnorum datorum administrans Interlocutorias et Sententias scribat quas prefatus Locumten. et pro tempore futuri Ltes vel ipsos laturi sunt) Ordinamus quod presens et futuri Ltes Interloqutorias et Sntias prefatas faciant in Scriptis redigi per cancellarium Cois Terre predicte, non aut per dictum Vicecamerarium seu dicti officij damnorum datorum administratorem, qui facile posset ad libitum scribere vel delere, Et si dicti officiales vel officium ipm administrans statim pulsata Campana ut supra non Compareat, Liceat Lti pronunciare, declarare et sententiare ut Juris fuerit contra ipm et offiales predictos, eorum contumacia non obstante, qua quidem contumacia multoties utunt, Ad hoc ut cause non oppediant. Cuiusquidem Cancellarij Cois Scripture in predictis volumus plenã fidem adhiberi: Et Illi pro sua mercede et labore solui volumus a quolibet querelam exponente solidum unum ad plus in tota causa vel querela: Mandan. pns Decretum perpetuis futuris temporibus per Ltes et damnorum datorum offiales In dicta Terra respectiue et Inuiolabiliter obseruari, sub pena nullitatis actorum et alia arbitrio nro Imponenda si secus fiat, Quibuscumque In contrarium facien. non obstan.

36 Non sine admiratione et animi nri displicentia peruenit etiam ad notitiam nram Bayulos, euntes cum offialibus damnorum datorum ad Inquerendum contra damnum dantes, esse ad lucrum participandum una cum dictis offialibus, precij videlicet et pecuniarum quas exigunt ex Inuentionibus, quas Iidem offiales et Bayuli faciunt in damnis datis: Et quum penitus iniquum sit aliquem esse testem et partem, pariterque nra Intersit huic malo Instituto occurrere, Eodem motu proprio presentium tenore ordinamus quatenus post hac In perpetuum Nullus Bayulus possit cum offialibus damnorum datorum de lucro participando conuenire. Et si secus fiat tam Bayulus quam offiales vel pecuniaria vel corporali pena per offtalem Ltes ad illius arbitrium puniantur, Et in predictis fides adhibeatur Accusatori et unico testi cum Jura.to Et nihilominus dicti Bayulus et offiales contrauenientes priuentur offo. Et Inuentiones per eos facte nullius sint roboris, efficacie vel momenti. Et ut pntia decreta Inuiolabiliter obseruentur, et semper In omnium memoria sint, Mandamus Illa In uolumine statutorum dicte Terre registrari et describi. Ita concedimus mandamus et nouo volumus motu ppo

ut supra Jo. Carlis de Saluiatis

Dat. In Arce nra Gualdi Die V septembris 1541

Dam. Cas. Rassius

1v

1549 Rispondi [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] bayuli [illegible] [illegible]
[illegible] officiali

90

1549

Pag. 78
82

5 Settembre
1549